

1536. ię 5. Februarij.


89

Sigismundus I. Rex Poloniae
Andrea Cricio Archiepiscopo Ine:
nensi. Petro Gamratho Episco:
po Premisliensi, Petro Gorinski
Palatino Masovia.

36

Reverendissime Pet. Popularunt a No:
bis Illustris Anna Dux Masovia, et
Magnificus Stanislaus Odrowaz Palati:
nus Podolia, quod velint inter se Ma:
trimonium contrahere, ut eis ad eam
rem assensum preberemus. Itaque
non gravatim assensi sumus, quod intel:
ligeremus, utrumque utrique cordi
esse. Quoniam autem sumus tutores
Illustris Annae, vellemus ei bene pro:
vifum esse. Damus ergo id negotij sinceri:
tati tuae, ut constituto Die cum reve:
rendis Dominis ete et Magnifico ete et
cum istis sponsois universum hoc nego:
tium secundum mores et sanctiones
regni nostri componat, et perficiat,
maxime quod ad dotis collocacionem,
a Magnifico Stanislas in bonis suis
faciendam attinet secundum prescri:
ptum id, quod ad sinceritates vestras
mittimus, ita tamen, ut quid addendum
vel demendum videbitur, vestro omni:
um arbitrio addatis, Dematur.

Deinde



Deinde ut sinceritas tua nuptias
presentia sua nostro nomine veluti
consiliarius noster cohonestet. In quo
fecerit nobis sinceritas tua pro sua
in nos observantia rem gratam. Quae
bene valeat. Vilnae Die 5^{ta} Februarij.
Anno Domini 1536.